

solum condiscipulos apud D. Theodorum, sed et totius urbis Scholasticos
 disputando, ubicunque esset occasio, ^{super} ~~facile~~ ~~unde~~ factum, ut omnium, in
 primis aetate praecedentium in odium incurreret. In musiciis supra
 aetatem excelebat, ut solent, qui natura ad aliquam sunt artem
 promptiores. Videbantur praecatori Audia illa praesentia minora
 esse, quam ut ingenium tam excellens in eis deberet versari diutius
 (nam mirifice amabat ipsum) quare domum remittens comendabat, ut
 pro ingenii facultate curaretur institui. Misus itaque est Wernam
 ad Henricum Lupulum virum doctissimum, et poetico spiritu clarum,
 primumque, quod sciam, qui literarum bonarum in Helvetiis viam no-
 straverit. Sub hoc admodum feliciter degit, nam in adyta bonorum
 auctorum introductus et verborum percepit elegantiam, et rerum pe-
 perit cognitionem et iudicium: tum et carminis rationem paravit, ut et
 ipse carmina condere, et ab aliis condita iudicare felicissime posset.
 Non solum hominem biennium implevit, cum philosophiae studia vide-
 batur in hoc fundamentum extruenda. Viennam, ob id profectus
 nihil non, quod philosophiae nomen complectitur, et ipse complexus est,
 et omnia, quae prius norat, auxit, et ornavit pulcherrime. Duobus
 duravit annis, post quos revocatus in patriam, ne diutius a literarum
 usu cessaret, Basileam rediit, et quae haecenus didicerat, in alios coe-
 pit effundere. Nam ludo praefectus Martiniano, non absque mag-
 na puerorum utilitate literas humaniores professus est, ipse inte-
 rim et philosophica diligentius rimatus, et sophisticas persecutus ma-
 gas, ne et has ignoraret, si quando contra pugnandum foret, et theo-
 logiam scholasticam non negligenter intutus. Serius et iocos mis-
 cuit, et ludos, nam ingenii amoenitate, et oris incanditate nihil visum,
 nec auditum facilius, atque delectabilius. Dein et musices omnis
 generis instrumenta perdidit, et exerevit, non quidem ob aliud, nisi
 ut ingenio serius illis defatigato, esset unde recreari posset, tum ad
 illa paratior redire. Ag. audiivi qui musicen eius vituperarent
 plusquam satis, tanquam voluptatum administratorem potius, quam
 studiorum, ut tu inquis, auxilium. Ev. multo foediora nos saepe audi-

vimus, sed quid erit usque tam fardum, quod hominis pravi lingua non possit deturpare. Nos quod scimus loquimur, nec tabulas moramur. Ag. perge. Ev. nec solum ipse musice ita coluit, sed liberarum studiose omnibus suavit, ut eam colerent, ^{nudo} ~~nunc~~ pari secum ratione. Cum nihil sit enim, quod animum hominis, quacunque tristitia turbatum tandem magis exhilaret, quacunque severitate obrubilatum magis serenet, et hominem magis hominem reddat, quam musice, quidni sic suavit. Vbi dixit iam insudasset et artibus liberalibus, et philosophia, premium tandem accepit, quod hactenus moris fuit, hodie non geritur sine mala suspitione. Ag. quam. Ev. magistri septem artium liberalium, quae vocantur, fere de ignorantia suspecti sunt. Ag. cave malum, si sic loqui perrexeris. Ev. non meus hic sermo, sed glatorum. ab illis satisfactionem queras, is quem momorderit. Haldrichus nosse suos magis, et stulta hominum existimationi, qua putant doctos, qui titulum doctorum gerunt, magis inserviit, quam sibi, mature namque intellexit, pro ingenii dexteritate, quam vana et huius, et in aliis multis rebus ineherit. Theolog. scholastica. Effacit admirabilis hominis sagacitas, ut glaream, priusquam farris fovea initiatus, in pastorem eligerent. Deinceps igitur id perficiendum, quod ceptum erat. Gr. sacerdos, atque sum deum recte se audis, maxime divinis adhaesit, longe alia, quam pro vulgari sacrificiorum ratione videbat quam multa scire oporteret eum, cui ad docendum viam Domini populus esset commissus: in primis autem scientia opus esse Dei, tum oratione, qua pro captu cuiusvis recte, et utiliter omnia pronuntiarentur. Hisce studis itaque tanta diligentia incubuit, quanta neminem scio a multis annis incubuisse, oratorias namque vires, et nervos huius semper. Hactenus nemo, vel eorum qui id maxime profidentur, sic habuit spectata. Nec Ciceronis vim vel ad huius exemplum, vel ad veterum praescripta conatus est exprimere, sed eo modo, quo illam et tempora, et ingenia nostra requirebant. Atque id omnino est huius adsequutus, quod Tullius olim apud suos. Instituerat, imo iam

200

ubi
est glossa marginalis alius.

201

apud nos

cooperat, ea de re nostris hominibus scribere, si fieri posset, ut ita docti, iudicando, deliberando, consultando, non nisi tempus perderet, in comitiis, et foederatorum conventionibus, statim viderent rerum capita, tum vero breviter, et apte dicerent, quae forent ad rem, intelligerent item, quae ab aliis extra causam ad fallendum adsumerentur, et caverent: sed fato praeventus non perduxit ad finem. Haec res quidem ex his non minima, quae mortem eius magis reddunt invisitatum nos eius instituti sensimus, et admodum doluimus, tantum damnum oratoriam artem, et nos in morte viri eius accepisse.

202
Theologiam autem non percipere ex Sophistarum nugis, non ex humanis doctrinis quorumvis, sed ex ipsissima Dei scriptura statim cognovit: quamobrem abiectis, quae huc nihil faciebant, uni scripturae invigilavit tanto quidem ardore, ut iam de vera scientia Dei cognitionem habere nonnullam doctis, et probatis viris celebraretur. Et satis fecisset huic quidem, multis, sibi vero nequaquam videbatur namque, nisi ex linguarum peritia, perfecte nihil hinc posse condisci. Ad Graecas igitur literas animum adiecit primo, cepit in manus, tractavit, at sine praecceptore, textibus tantum, et translationibus adiutus. Paulum descripsit, nec unquam e manibus dimisit. Neque tamen id solum, sed et memoria commendavit, tandem illud consequutus, ut Graece hunc illum melius, quam Latine tum legeret, tum intelligeret. Ad eum modum totum quoque novum Testamentum evoluit. Caeterum expositionis literarum Dei, quia nullus in terris magister, respexit in coelum ad earum doctorem, precibus in primis supplicans, ut is largiretur, quo sensa divina mentis erui quam rectissime posset. Et ne vel seipsum imagine Spiritus falsa, vel alios deciperet, sed ipsum met Spiritum elucere, fideli non posset esse dubium, quae scripta sunt consulit, et obscura clarioribus elucidavit, ut ita Spiritus seipsum interpretaretur absque haesitatione cuiusvis. Res divina. nam ita factum, ut veritatis divina cognitio nobis sit reddita, quae haecenus iam latuit humanis inventionibus obscurata, ut Deum

203